

33.

Bischof (Gunther von Bamberg) an Bischof G(unzo von Eichstätt): rechtfertigt sich wegen seiner Fürsprache zugunsten der Nonnen (von Bergen) und weist die Vorwürfe des Adressaten zurück. (1064 Sommer—Herbst.)

Cod. Paris. lat. 2903 fol. 59'.

Summe sanctitatis domno et per omnia venerando antistiti G.¹ N. licet indignus episcopus orationum et obsequii perpetuam constantiam.

Ego quidem inductus et persuasus evangelico illo quo dicitur²: 'Euntes discite, quid sit: misericordiam volo et non sacrificium', productiores moras in reditum sororibus illis impetrare studui.³ Transmigrationem quippe illarum, quam cogitis, intolerabilem ac pene impossibilem facit tum asperrima temporis difficultas, tum sexus infirmitas, tum diversarum ætatum imbecillitas, cui etiam hostilis et barbarica parcit immanitas. Sed quoniam⁴ fidelium vestrorum consilium, ut dicitis, nec temporis rationem habendam putat nec sexus discretionem curat nec ætatis miserationem admittit, omnem humanitatem fastidit et reicit, nos quidem repulsam tam pie intercessionis equi bonique facimus, illi tamen fideles de suo consilio viderint. Illud vero mirari non satis potui, cur tam impensa obtestatione me obsecretis, ne ea, quæ sancti sunt Willibaldi, temere rapiam^b, rapta pertinaciter retineam. Quenam, obsecro, illius ego rapui aut quæ illius ego teneo? Ego certe, qui intelligeret, quid velit tam severa postulatio, nondum quemquam inveni. Illud vero quale est, quod littere vestræ tam temerarium sibi iudicium de sacrosanctæ memorie antecessoris nostri⁴

33. a) q(ua)n(do) c.

b) korr. aus rapinam c.

¹) Daß Gunzo von Eichstätt gemeint ist, ergibt die weiter unten folgende Erwähnung des hl. Willibald. ²) Matth. 9, 13. ³) In Betracht kommt nur Bergen, bambergisches Eigenkloster in der Diözese Eichstätt, vgl. H 61 (Sud. 2, 4) und oben n. 5, 9 und 28. Bischof Gunther hatte früher die Äbtissin verjagt und offenbar eine neue, auch mit neuen Nonnen, eingesetzt. Als er dann durch das Eingreifen der Kaiserin seine Eigentumsrechte verloren hatte, verlangte offenbar der Eichstätter Bischof, daß die neuen Einwohner das Kloster wieder verließen. Bischof Gunther scheint sich darauf für sie verwandt zu haben, aber schroff zurückgewiesen worden zu sein. Darauf antwortet nun dieser Brief. ⁴) Adalbero (1053—1057).